



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 51. Altera Gregorii fuga.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. LI.

Altera Gregorii fuga.

Sæcul. XV.

A. C. 1412.

Interea dum hæc secreto gerebantur, Ladislaus quodam die Cajetam delatus apertè capite pro more Gregorium salutabat. Qui pactionem clam edoctus palam ad illum, Chare Domine, inquebat, *Th. Niem.*
 cur meo cum adversario pactus es me inconsulto & inscio? Rex id pernegabat: *c. 23.*
 sed postridie per suorum quendam Gregorio curavit dici, ut postrema Octobris *Gobel. p.*
 cum suis abiret e Sicilia. Tum vero certus de pacto Papa probe videbat, quo in periculo ipse, omnisque Curia sua versaretur: quam ad se congregabat ignarus consilij. *289.*

His in angustiis sub finem Octobris erant; cum Cajetam advenere duæ Venetorum naves oneratae mercibus Orientis altera, altera Occidentis. Cajetæ cives, quod Gregorium, & Curiam ejus amarent, Ladislai in illum duritia offensi has merces emebant, ut illas naves vacuas Papa, & hujus comites conducere possent: quod etiam fecere protinus. Iisdem in altum proVecti post plurium dierum navigationem feliciter attingebant Marchiam Anconitanam: ubi sub præsidio Caroli Malatestij tuto exscendebant in terram: & Gregorius cum secutis se tribus Cardinalibus pridie Natalem Christi *Rayn. 1412.*
n. 4.

Ari-

Sæcul. XV.
A. C. 1413.

Ariminum ingressus sedem ibi suam posuit.

Gobel. pag.
289. 290.

Interim Papa Joannes volebat Romæ habere concilium generale, quod Alexander V in concilio Pisano jusserat celebrari post triennium, nempe hoc anno 1412; cujus sub finem re ipsa coeptum est: at

Conc. to. II.
v. 2323.
Rayn. 1413.
n. I.

Episcopi tam pauci aderant, ut fere nihil sit actum. Apostolicas duntaxat ibi litteras invenio 2 Febr. 1413 datas, quibus Wicleffi errores centum condemnabantur.

§. LII.

Continuatio turbarum Bohemice.

Jo. Cochl.
p. 29.

Svinconi Pragensi Archiepiscopo Posonii in Hungaria mortuo successit Albius natione Bohemus, arte Medicus. Erat etiam Doctor Juris, sed avarissimus; crediturque Archiepiscopus factus solum per favorem Regis Sigismundi, cui medicam præstabat operam. Illius inhabilitatem suppleturus Papa Pragensis Ecclesiæ Administratorem constituit Conradum Olomutinum Episcopum: qui a Theologis Pragensis Universitatis petit exemplar seu apographum consilii Svinconi Archiepiscopo dati de modis sedandi turbas contra religionem.

Id consilium consistebat in duodecim punctis, quorum summa hæc erat: Pragensis Universitatis Doctores cuncti convenient